

doleat intestinum¹. Sive ergo secundum diffinitionem previam a LII^o ruat a solio Romanorum sive a XLVIII^o, propter illud²: *Bis quinquagenarius* — id est vix quinquagenarius^{a.3} vel bis, duobus annis additis L — *lene tractabitur*, nostro^b intellectui non obsistit, quia ultimum vite eius, quo magis ad finem accelerat, eo dirius eius rabies necesse est insolescat, et sic laborem ecclesie cum vite sue laboriose prevista meta concludat. *Quadraginta*, inquit⁴, *annis proxi[mus]^c ff[ui] g[enerationi] h[uius]* — silicet secundi status — *et dixi semper: 'hii errant corde'*. *Ipsi vero non cognoverunt vias meas^d, qui i[suravi] in i[ra] mea, si intro[ibunt] in re[quiem] meam*. Unde videtur, quod^e propter multos errores et scandala populus fatigatus nec ad Deum ex corde conversus requiem promissam patribus⁵ non videbunt, set in tribulatione sub postero tuo, rege inpudente, deficient, qui *supra quam credi potest*, non suo, set divino iudicio *universa vastabit⁶*. Propter quod^f in hoc meum audiat unusquisque consilium^g, ut patienter sub eius honore^h subiciat humerum, donec in eo desinat cor firmum. Sane si turbaris et scinderis, quod puerum tuum, pardum fedum, labrumⁱ dictaverit imperitum, parce, queso, vel cogita, quia in hac parte magis es^k princeps tu quam ego presbiter arguendus, ubi domini voluntas exequitur et subditi de meritis non arcetur^l.

Secunda distinctio ad eundem^m.

Quia generalisⁿ mundi naufragium, quod sub sexti signaculi vicina reseratione subsequitur per singulas regionum^o, succincta dudum collatione perscribimus^p, adhuc

a) 'quinquagenus' B. b) 'mō' V. c) 'proxī' V; 'p (pro)' B; die Vulg. hat 'offensus'. Die meisten Worte der Psalmstelle sind in beiden Hss. nur durch Anfangsbuchstaben oder -Silben bezeichnet. d) 'meas' fehlt V. e) 'qui' B. f) 'qui' B. g) 'cons. un.' B. h) 'honore' V. i) 'iabium' B. k) 'ē (est)' V. l) Hier schliesst B. m) Diese Ueberschrift hat V, wo 'distinctio'. Hier beginnt wieder R, wo die Ueberschrift (schwarz und rot): 'Distinctio tertia (III^a)'. n) 'Qua generale' R. o) 'region' R. — 'succinta' V. p) 'perscripsimus' R.

1) Diese Worte der kürzeren Sib. Erithea sind schon oben S. 164. 167 zweimal angeführt. 2) Zitat aus den Verba Merlini. 3) 'vix quinquagenarius' hat die Vatikanische Hs. 3822, wie oben S. 101 bemerkt. 4) Ps. 94, 10. 11. 5) Vielleicht hatte der Verf. hier die Stelle 2. Reg. 7, 11: 'et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis' im Auge. 6) Dan. 8, 24. Vgl. oben S. 156. 161. Auch in der Interpret. in Jeremiam c. 4, ed. Colon. 1577. p. 86. 93 wird dieser Vers auf Friedrich II. angewandt.